

Pascha quater denis. Cur hoc sit quæritur; audi.  
Per quadraginta morti se tradidit horas,  
Tam cruce quam tumulo Christus; totidemque  
Festa resurgentis celebramus ad ejus honorem.

§ X. Quid significat quod solemnitas Paschæ per quadraginta dies celebratur.

Cum soleant actis compleri festa diebus,  
Cur complent quadraginta dies solemnitas Paschæ?  
Christus mortuus est horis quadraginta; quot horis  
Discipuli fuerant tristes de morte, resurgens  
Lætificat totidem famulorum corda diebus.

§ XI. Nos, Job et Daniel significant tres in Ecclesia ordines.

(Habetur et in ms. Colb. 1367.)

Job, Daniel, Noe sunt salvandi, teste propheta,  
Trinus in Ecclesia viget ordo vocatus in istis.  
Uxoratos Job, Daniel se mortificantes,  
Rectores Noe significat. Fuit ille maritus,

§ XIII. De Nativitate et passione Domini

Preco	Puella	Deus	Grex	Pastor	Stella	Sabæus
Fert,	parit,	Irrotat,	stupet,	audit,	ducit,	adorat;
Hic Genitrix	Joseph	Christus	Nicodemus	abstrahit	amicus	hic flet
Cernit	deponit	deportat	abstrahit	abstrahit	amicus	tristis amicum.
Natum,	doctorem,	cruce,	abstrahit	abstrahit	amicus	tristis amicum.

A Carnem mortificans Daniel, Noe rector in arca  
Pristinum [*f. Pistinnus*]; lectus, ager assignantur  
[eisdem

Ordinibus: mola signat mundana; quietem  
Lectus; ager populum, mola sponsus [*Colb. sponsis*  
[est data lectus  
Contemplativis agricultura magistris.

Ordo quisque duos reprobum gerit atque fidelem.  
1231 Hic manet ad peccam raptus; capit ille co-  
[ronam.

§ XII. Judæi Barabbam Christo præferentes, culicem liquant.

Cum possunt solvi Barabbam, Christumque ne-  
[cari

Judæi, culicemque liquant, sorbentque camelum.  
Accipe per culicem Barabbam, quia læditur, utque

B Ore culex, Barabbas gladio, Christumque camelus  
1232 Signat; fert onus hic, et mundi crimina  
[Christus

## VEN. HILDEBERTI

CENOMANENSIS EPISCOPI

### INSCRIPTIONUM CHRISTIANARUM LIBELLUS

E ms. codice n° 117 mod. et 164 vet. Turon. Biblioth. XII sæcul. primum editus a  
J.-J. BOUASSÉ canonico Turon.

1233 I. Dei æternitas.

Majestas Domini non est obnoxia fini;  
Nescit finire, sic nescivit oriri.

II. Adæ peccatum.

Esul homo felice domo vescens male pomo,  
Ob culpæ meritum venit ad interitum.

III. Quid significat quod Dominus dixit serpenti  
« Pectore et ventre repes. »

Antiquus serpens mihi serpit pectore, si quid  
Cogito luxuriæ; si rem perlecero ventre,

IV. Veteris Testamenti patriarchæ.

Dux in aquis Aræ prior. et alii patriarchæ  
Sicut sunt nati, sunt ordine quique notati.

V. Vir sanctus Job.

Vir fuit in terra, Job nomine, vir sine guerra.

VI. Moyses percussit petram in deserto.

Bis silicem virga dux percussit atque propheta.  
Ictio bina ducis sunt duo ligna crucis.

VII. Virga Jesse.

C Virga parit florem, licet arida, flosque saporem.  
Sic Deus ex Jesse cæpit carnaliter esse.

VII. bis. De Virgine Deipara.

Virginitas peperit; sed si quis quomodo quærit,  
Non est nosse meum, sed scio posse Deum.

VIII. Angeli pastoribus Salvatorem natum nuntiant.  
Turmas pastorum vox exhilarat superorum.

IX. Christus infans in præsepe.

Virgineum partum præsepe capit satis arctum.

X. De duplici Christi natura.

Nostræ naturæ deitas unita refertur;

In Christo sic sunt dives egensque simul.

XI. Christus infans a Virgine lactatur.

Res nova lactatur super æthera qui dominatur.

Factor factus homo gaudeat omnis homo.

XII. Magi ab Oriente veniunt.

D Ad præsepe Dei veniunt reges Nabathæi.



XIII. *Magi Christum adorant.*  
Ternum sit munus, homo, rex, Deus, hinc patet unus.

XIV. *Magi eorum Herode.*  
Reges ex legem prohibentur visere regem.

XV. *Pastores Salvatorem adorant.*  
Regem cœlorum chorus hic condiscipulorum  
Sic admiratus laudat, tremat et veneratur.

XVI. *B. Elisabeth Mariam salutat.*  
Salve, stirps Jesse, soboles tua vult Deus esse.

XVII. *Elisabeth visitat B. Virgo Maria.*  
Infans exultat, matrem cum Virgo salutat.

XVIII. *Pharisæus et Publicanus.*  
Glorior elatus; descendo minorificatus.  
Heu, miser! axe teror; lætus ad alta feror.

XIX. *Arcta via quæ ducit ad cœlum.*  
Arduus est callis cui subjacet aurea vallis.

1283 XX. *Christus peccata remittit mulieris in adulterium deprehensæ.*  
Parcit peccatis mulieris fons pietatis.  
Discant austeri patres miseris misereri.

XXI. *Christus languidos sanat. Piscina Syloë.*  
Hæc in piscina datur infirmis medicina.

XXII. *Paralyticus a Christo sanatus.*  
Rex per te, Christe, surgit paralyticus iste,  
Quem tu sanatum jussisti ferre grabatum.

XXIII. *Surgit a sepulcro Lazarus.*  
Flet Deus et fleendo Lazarum vocat e monumento.

XXIV. *Christus Hierusalem triumphans ingreditur.*  
Turba Redemptorem venerans et in ejus honorem  
Tripudians magna cum voce frequentat: hœanna.

XXV. *Christus sacra communione Apostolos in cenaculo pascens.*  
Hic in pane datur Deus, hic famulis famulatur.

XXVI. *Christus in cenaculo pedes abluit discipulorum.*  
Vivit propter me qui me bibit et comedit me;  
Non est pars in me tibi, te nisi lavero Petre.

XXVII. *Christus a Juda proditur.*  
Sub pacis signo Christus livore maligno  
Traditur a famulo Judaico populo.

XXVIII. *Christi passio.*  
Vincula, sputa, minas, probra, verbera, vulnera,  
[spinas  
Pro te sustineo, ne moriaris homo.

XXXI. *Mulieres ad Christi sepulcrum.*  
Portant unguentum mulieres ad monumentum.

XXX. *Morte sua Christus homines liberat a morte æterna.*  
Teates sunt clavi per quos tua vulnera lavi  
Quod crucis in porta necis est contracta catena.

XXXI. *Mors morte Christi devicta.*  
Vivificum funus pro cunctis rex obit unus  
Et vi divina sit mors mortis medicina.

XXXII. *Ubi Christi pingitur imago.*  
Nec Deus est nec homo, præsens quam cernis  
[imago,  
Sed Deus est et homo quem sacra figurat imago.

XXXIII. *Juxta crucem stans virgo Mater Christi.*  
Pande precor, care fili, pendes ita quare?  
Pendeo sic, Mater, serpens spoliatur ut ater.

A Mater: quid nato? cur fles? — Quia segregor a te  
Amodo solamen quis erit mihi, quiesve levamen?  
XXXIV. *De Christo in cruce pendenti.*  
In cruce languores nostros tulit atque dolores  
Qui sic daturatur ne plasma suum moriatur.

XXXV. *Redemptus homo per Christi mortem.*  
Cur homo miraris? morior ne tu moriaris.

XXXVI. *Cruz sanguine Christi mudida.*  
Abicit hic sanguis quod in Eva polluit anguis.

XXXVII. *Christus ad hominem redemptum.*  
Dum te plasmavi non hæc in sede locavi.  
Ad tua regna redi, quia te moriendo redemi.

XXXVIII. *De Messia, Virginis filio*  
Maria natus de Virgine nos reparavit.

XXXIX. *Vicit leo de tribu Juda.*  
Mortem morte leo de stirpe David superavit.

B XL. *Deo reconciliavit peccatores.*  
Nos Deus ipse Deo pia viclima conciliavit.

LIX. *Christus æterni Patris Filius.*  
Corde patris natus M-ssias cuncta creavit.

XLII. *De cruce Christi.*  
Morsus Adæ mortem duram sub justice sortem  
Impressit natis et totius posteritatis.  
Sed protoplastorum mortem miserando suorum  
Mortem gustavit, mortem Deus evacuavit;  
Et nos morte crucis transvexit ad atria lucis.  
Hoc præfert lignum crucis admirabile signum,  
Per quam vita datur, per quam mors evacuatur.

XLIII. *Subter Christi imaginem.*  
Christi majestas cui par est nulla potestas,  
In modico gyro describitur ordine miro.

XLIV. *Duodecim apostoli.*  
Discipuli bis sex, quibus est commissa Dei lex.  
Sunt lapides bis sex, quos in diademate fert rex.

XLV. *Christus ad apostolos.*  
Omnibus exutos nos et tua jussa seculos  
Quæ maneat merces, dic rex qui cuncta coerces?  
Ante meum vultum cum nil remanebit inultum,  
Judicium meum tractabitis omnibus æquum

XLVI. *Sancti in paradiso.*  
Vivitur in cœlo concorditer et sine zelo.

XLVII. *De Eucharistia.*  
Hæc caro quam comedis te salvat, si bene credis;  
At male si credis, judicium comedis.

XLVIII. *De communione sacra.*  
Fons est de petra populo datus absque metreta,  
Larga salus omni corpore de Domini.  
Pocula de vitæ, silientes ergo venite.  
Sed jubet ipse Deus ne bibat inde reus.

XLIX. *De somno.*  
Quod caret alterna requie durabile non est.

L. *De senectute.*  
O me manu factum consumit longa vetustas.

LI. *Contra pravos habitus.*  
Et neglecta solent incendia sumere vices.

LII. *De fluctu inter pericula.*  
Non semper feriet quodcumque inhabitur arcas.

LIII. *In vestimentis modestia.*  
In vestimentis non est ornatio mentis.



LIV. *De humana conditione.*

Nos cinis et pulvis sumus et de pulvere facti  
 Adæ stirpe sati, de cujus vulnere tacti  
 Exsiliū patimur, vitiorum labe subacti.  
 Nos gerimen nequam, vitam, non ducimus æquam,  
 Fæx, pedor, vermis, res vilis, inanis, inerennis,  
 Veste sub hac vili curemus mente virili  
 Ne pro vera brevi longo careamus Aprili.  
 Hujus amor mundi brevis est et ad ima profundi  
 Nos vocat. Ut fenam, sic mundi transit amœnum.  
 Haud dubia mente credo ratione carere  
 Qui longum sperat cum mundi flore manere.

(Postea sequitur vita S. Thaisilis)

1282 \*\*\* LV. *Ex dictis beati Gregorii.*

Quando tacit mihi Justitiam pro munere iudex,  
 Exsequitur justum non juste cum facit ilem  
 Justitiam pro justitia sine munere, justum  
 Exsequitur juste; duo commendantur in illo,  
 Meas et opus, mentem Deus, et plebs approbat

[actum.

LVI. *De conceptione beatæ Mariæ.*

(Inedit., e cod. Turon. n. 117.)

Credula promisso cœli spiramine misso  
 Virgo concepit Verbum quod in aure recepit.  
 Florigerum pectus Deus intrat, virgine tectus,  
 Intrat in ancillam quia rex aptaverat illam,  
 Visceribus cujus majestas clauditur hujus  
 Res nova, natura perdit carnalia jura  
 Quæ coitum nescit, sine semine virgo tumescit.  
 Gaude fecundans dono deitatis abundans,  
 Ventre geris prolem quæ vincit lumine solem.  
 Mens tua lætetur, quia quod geris intus, habetur  
 Filius atque Pater, tu filia, tu sibi mater,  
 Atque per hoc verbum jus perdidit hostis acerbum  
 Quod matris sævæ morsus commiserat Evæ.  
 O felix partus, qui matris non premit artus:  
 Ut radius solis, sic et egressio prolia.  
 Hac de prole pia mater lætare Mariæ!  
 Gaude, stella maris, quæ dum Deitate bearis  
 Absque labore paris, post partum virgo probaris.  
 O quantis votis monet officium pietatis,  
 His gaudere datis, quod consilium Deitatis  
 Nos in tormentis per prima facta parentis  
 Abstulit a fati, per matrem virginitatis.  
 Hinc hymni resonent, hinc cuncti seria donent  
 Tanto natali, quod liberat exitiali  
 Servos a pœna, dans gaudia lucis amœna.  
 Ecce prophetiæ complentur nunc Isaiæ,  
 Fructus lætitiæ dedit alvus casta Mariæ.  
 Nunc omnino reus fiat confusus Hebræus  
 Diceus: sacratum templum matris violatum  
 Parturiens istum Joseph de semine Christum  
 Genæ rea, quo traheris? Cur crimina non revereris?  
 Quis furor est mentis? De Virgine cur male sentis  
 Noscere vera datur, nam cui nil posse negatur  
 Matre puellari sine patre potest generari.  
 Exemplo credas tamen ut convicta recedas,  
 Elisabeth sterilem videas sponsumque senilem,  
 Naturæ metas istorum clauserat ætas,

A Dum puer in sterili generatur patre senili,  
 Cumque sit in morem, parientem ferre dolorem,  
 Converso more, virgo parit absque dolore.  
 His argumentis credat titubatio mentis  
 Ut duo qui donat Deus integritate coronat  
 Ingressum matris, nascens sine semine patriæ  
 Hujus natalis cum fiat apex specialis  
 His quæ monstrantur, tamen imis alta probantur  
 Hinc assume fidem Judæa rebellis eidem  
 Fœcundat sterilis, non opprimit ortus herilis  
 Maternos artus; exit sine semine patris;  
 Sic vi divina sunt miracula trina.

In nobis vivat qua se plebi impia privat  
 Ista fides Christi, pia Virgo quem genuisti.  
 Ad vitæ portus nos pertrahat istius ortus,  
 B Qui veteris morbi medicinam contulit orbi  
 Huic, mater, præsto pro te venerantibus esto;  
 Reddens pacatum nobis prece supplice nutum.  
 O Rosa vernalis, super omnes flos specialis,  
 Virgo regalis, via vitæ spiritualis,  
 Ante Deum talis has quod sit venialis  
 Indulgendo malis discussio judicialis.

LVII. *Versus Hildeberti ad beatam Mariam.*

(Ms. 3550, biblioth. imper. Paris.)

Sancta parens, caro labe carens et dulcis odoris,  
 Stella maris, cui nulla paris fuit orta decoris.  
 Digna coli, Regina poli, flos imperialis  
 Cella Dei, speculum fidei, virgo specialis.  
 Melle fluens, pietate cluens, dulcedine manans  
 Læsa fovens, morbos removens, languentia sanans,  
 Spes veniæ, via lætitiæ, stirps inclita Jesse,  
 C Supplicibus famuli precibus digneris adesse.  
 Tartareis quod me laqueis draco præpedit ater  
 Criminiibus nexum gravibus, pia, respice, mater;  
 Solve reum, pondusque meum relevare labora,  
 Ut veniam reus inveniam, pro me, precor, ora,  
 Ne Stygiæ mihi malitiæ sint cognita castra  
 Imo Dei pietate vehi merear super astra,

Hic notandum quod versiculi præscripti hexametri,  
 sunt etiam consonis syllabis ornati, atque insuper legi  
 possunt ut sequitur:

1. Sancta Parens,  
 Caro labe carens  
 Et dulcis odoris;
4. Stella Maris,  
 Cui nulla paris  
 Fuit orta decoris.
3. Digna coli,  
 Regina poli,  
 Flos imperialis.
1. Cella Dei,  
 Speculum fidei,  
 Virgo specialis.
5. Melle fluens,  
 Pietate cluens,  
 Dulcedine manans;
6. Læsa fovens,  
 Morbos removens,

D

Languentia sanans.

7. Spes veniæ,  
Via lætitiæ,  
Stirps inclita Jesse;

8. Supplicibus  
Famuli precibus  
Digneris adesse

9. Tartareis  
Quod me laqueis  
Draco præpedit ater,

10. Crimicibus  
Nexum gravibus,  
Pia, respice, mater.

11. Solve reum,  
Pondusque meum  
Relevare labora.

12. Ut veniam  
Reus inveniam  
Pro me, precor, ora.

14. Ne Stygiæ  
Mibi malitiæ  
Sint cognita castra.

14. Immo Dei.  
Pietate vebi  
Merear super astra.

LVIII. Hieronymus in annalibus Hebræorum de xv  
signis quindecim dierum ante diem iudicii.

Cognitio talis fiet sinis generalis

Omnibus in rebus ter quinis ante diebus :

Atque dies unus dans mundi cernere funus,

Testes horris tot habens dirique furoris,

Est ostendendus per signa tremenda tremendus. C

I. Æquor inundabit montesque tamens superabit,

Ter quinis cubitis excrecens altius istis,

Non involvendo sed fluctibus alta petendo.

II. Rursum summissum subterfluet æquor abyssum

Ut vix cernatur quo currens et unda feratur.

III. Antiquasque status posthinc fuerit reparatus.

A IV. Quidquid aquis tegitur vita sensuque potitur

Æquora nudabunt, incertaque voce sonabunt,

V. Aera linquentes, in campis convenientes,

Vocæ suæ plangent volueres nec pascua tangent.

VI. Solis ab occasu crebro labentia oasu

Fulgura, splendorem pertransibunt orientem.

VII. Sidera flammabunt et longo crine micabunt,

VIII. Motus terra dabit : animal nullum pede stabit.

IX. Saxa que vis scindet partem pars, altera findet,

X. Ligoaque viventum nemorum genus omne

[virentum

Sanguinis in morem, sudabunt omnia rorem.

XI. Montes solventur quasi pulvis et efficientur

Quodque laboravit, nuper labor ædificavit

Tunc confundetur, tunc in nihilum redigetur.

B XII. Abdita silvarum fugiet genus omne ferarum,

Venturum metum resonans communeque lethum.

XIII. Bastis contractis ac omnino patefactis,

Surgere nitentur quæ corpora clausa tenentur.

XIV. Urbibus exhibunt homines properanter et

[ibunt

Passim plangentes, sine sensu nilque loquentes.

XV. Summa dies rerum post hæc erit atque

[dierum,

Qua quotquot vivent morientur; maxque resurgent

Mundi defuncti, necnon ab origine cuncti

Si quo salventur, ii perpetuo crucientur.

Hujus terrorem quis diceret atque laborem !

Quam tot portentis conturbatis elementis

Cælum, terra, mare monstrabunt appropriare

Dantia majorum multo documenta dolorum

Istius horrorem timeamus, anemus honorem.

Quo se noscendum plane dans atque videndum

Justis præbebit; secreti nilque latebit

Quod non cernatur ac in Deitate sciatur;

In qua gaudebunt qui pura mente nitebunt

Et bene gaudebunt, quia gaudia sine carebunt.

## VEN. HILDEBERTI

CENOMANENSIS EPISCOPI

### VERSUS DE SANCTA SUSANNA.

(E manuscripto codice Majoris Monasterii an. plus 500. et altero v. cl. D. Jacobi Dupoirier Turonis doct. medici, ann. 400.)

1232 \*\*\* Hactenus arripit Susannæ gratia formæ; D  
Hactenus in populo florebat ejus honor.

Fama serena fuit, sed nubila facta lucernam

Exstingunt jamæ, nec rutilare sinunt.

Lau-lis famosæ vix rutilare sinunt.

Nam jubar exiguum de lamæ lampade duces,

Ex oleo morum si nihil intus habes.

Vel quis erit fructus, si te flores nominis orient,

Et de fruge boni nil tua vita metat.

Omne quod est rutilum, nomen non accipit auri

Non aurum dico quidquid fulgore superbit,

Nec facus esse solet.

Non appello favum quidquid in ore sapit.

Auri nobilitas luteam si vestiat ollam,